

**INTROIT Psalms 109: 4**

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 109: 1) Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech. (T.P. Allelúja, allelúja.)

**COLLECT**

Deus, qui ad majestátis tuæ glóriam et géneris humáni salútem, Unigénitum tuum summum atque ætérnum constituísti Sacerdótem: præsta; ut quos ministros et mysteriórum suórum dispensatóres elégit, in accépto ministério adimpléndo fidéles inveniántur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Hebrews, 5: 1-11**

Fratres: Omnis Póntifex ex homínibus assúptus, pro homínibus constituítur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccátis: qui condolére possit iis, qui ignórant, et errant: quóniam et ipse circumdatus est infirmitáte: et propterea debet, quemádmódo pro pópulo ita étiam et pro semetípso offére pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem. sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit ut póntifex fieret, sed qui locútus est ad eum: Fílius meus es tu: ego hódie génuí te. Quemádmódu et in álío loco dicit: Tu es Sacérdos in ætérnum secundum órđinem Melchisedech. Qui in diébus carnis suæ preces supplicatiónesque ad eum, qui possit illum salvum fácere a morte, cum clamóre válido et lácrymis offerens, exaudítus est pro sua reveréntia. Et quidem cum esset Fílius Dei didicit ex iis, quæ passus est obediéntiam: et consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi, causa salútis ætérnæ, appellátus a Deo póntifex juxta órđinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo, et ininterpretábilis ad dicéndum.

*(From Septuagesima to Easter the Lesser Alleluia is replaced by the Tract, in Paschal Time only the Greater Alleluia is said.)*

**GRADUAL Luke 4: 18**

Spiritus Dómini super me, propter quod unxit me: Evangelizáre paupéribus misit me, sanáre contrítos corde.

**LESSER ALLELUIA Hebrews 7: 24**

Allelúja, allelúja. Jesus autem eo quod máneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdotium. Allelúja.

**TRACT Psalms 9: 34-36**

Exsúrge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: ne obliviscáris páuperum. Vide quóniam tu labórem et dolórem considéras: Tibi derelíctus est pauper: órphano tu eris adjutor.

**GREATER ALLELUIA Hebrews 7: 24**

Allelúja, allelúja. Jesus autem eo quod máneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdotium. Allelúja. (Luke 4: 18) Spíritus Dómini super me: propter quod unxit me, evangelizáre paupéribus misit me, sanáre contrítos corde. Allelúja.

**GOSPEL Luke 22: 14-20**

In illo témpore: Discúbuit Jesus, et duódecim Apóstoli cum eo. Et ait illis: Desidério desiderávi hoc Pascha manducáre vobíscum, ántequam pátiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducábo illud, donec impleátur in regno Dei. Et accépto cálice, grátias egit, et dixit: Accípíte, et dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatióne vitis, donec regnum Dei véniat. Et accépto pane, grátias egit, et fregit, et dedit eis, dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur, hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam cœnávit, dicens: Hic est calix novum testaméntum in ságuine meo, qui pro vobis fundétur.

**OFFERTORY Hebrews 10: 12-14**

Christus unam pro peccátis offerens hóstiam, in sempitérnum sedet in dextera Dei: una enim oblatiõe consummávit in ætérnum sanctificátos.

**SECRET**

Hæc múnera, Dómine, mediátor noster Jesus Christus Tibi reddat accépta: et nos, una secum, hóstias tibi gratas exhibeat: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION 1 Corinthians****11: 24-25**

Hoc Corpus, quod pro vobis tradétur: hic calix novi testaménti est in meo ságuine, dicit Dóminus: hoc fácite, quotiescúmque súmitis, in meam commemoratiónem. (T.P. Allelúja.)

**POSTCOMMUNION**

Vivificet nos, quæsumus Dómine, divína quam obtúlimus et súmpsimus hóstia: ut perpétua Tibi caritate conjúcti, fructum, qui semper máneat, afferámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Lord hath sworn, and He will not repent: Thou art a priest for ever according to the order of Melchisedech. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 109: 1) The Lord said to my Lord: Sit thou at my right hand. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord hath sworn, and He will not repent: Thou art a priest for ever according to the order of Melchisedech. (P.T. Alleluia, alleluia.)

O God, who for the glory of Thy Majesty and the salvation of the human race, didst establish Thine only begotten Son as the supreme and eternal Priest: grant that those He has chosen to dispense His mysteries may prove loyal in carrying out the ministry they have received. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Every high priest taken from among men, is ordained for men in the things that appertain to God, that he may offer up gifts and sacrifices for sins; who can have compassion on them that are ignorant and err: because he himself also is compassed with infirmity. And therefore he ought, as for the people, so also for himself, to offer for sins. Neither doth any man take the honour to himself, but he that is called by God, as Aaron was. So Christ also did not glorify himself, but He that said unto Him: Thou art my Son, this day have I begotten Thee. As He saith also in another place: Thou art a priest for ever, according to the order of Melchisedech. Who in the days of his flesh, with a strong cry and tears, offering up prayers and supplications to Him that was able to save Him from death, was heard for His reverence. And whereas indeed He was the Son of God, He learned obedience by the things which He suffered: and being consummated, He became, to all that obey Him, the cause of eternal salvation. Called by God a high priest according to the order of Melchisedech. Of whom we have to say, and hard to be intelligibly uttered.

The Spirit of the Lord is upon me, wherefore He hath anointed me: he hath sent me to preach the Gospel to the poor, to heal the contrite of heart.

Alleluia, alleluia. But for that Jesus continueth forever, hath an everlasting priesthood. Alleluia.

Arise, O Lord God, let Thy hand be exalted: forget not the poor. See, for Thou considerest labor and sorrow: To Thee is the poor man left: Thou wilt be a helper to the orphan.

Alleluia, alleluia. But this, for that Jesus continueth forever, hath an everlasting priesthood. Alleluia. The Spirit of the Lord is upon me, wherefore He hath anointed me to preach the gospel to the poor, He hath sent me to heal the contrite of heart. Alleluia.

At that time: Jesus sat down, and the twelve Apostles with Him. And He said to them: With desire I have desired to eat this pasch with you, before I suffer. For I say to you, that from this time I will not eat it, till it be fulfilled in the kingdom of God. And having taken the chalice, He gave thanks, and said: Take, and divide it among you: for I say to you, that I will not drink of the fruit of the vine, till the kingdom of God come. And taking bread, He gave thanks, and brake; and gave to them, saying: This is my Body, which is given for you. Do this for commemoration of me. In like manner the chalice also, after he had supped saying: This is the chalice, the new testament in my Blood, which shall be shed for you.

Christ offering one sacrifice for sins, for ever sitteth on the right hand of God: For by one oblation He hath perfected for ever them that are sanctified.

O Lord, may our Mediator Jesus Christ make these offerings agreeable to Thee: and along with Himself may He offer us to Thee as a thank-offering: Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

This Body which shall be delivered for you; this chalice is the new testament in my blood saith the Lord: this do for the commemoration of me. (P.T. Alleluia.)

We beseech Thee, O Lord, may the divine host which we have offered up and received, quicken us; that, bound to Thee by an eternal love, we may bear fruit that will abide forever. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.